

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio ci
cum uariis

Si autem annunciant te ad impium ut a uiis suis conuertatur et non fuerit conuersus, ipse impius in iniuitate sua morietur et tu animam tuam liberasti. Hic certe euidenter ostenditur quod siue proficiant siue non proficiant auditores; tacere eis non debent sacerdotes, nec ideo rei sunt si forte eorum uerba populi non audiunt uel audita contempnunt. Sed si ab eis corrigendis absistunt quia sic nec exemplo uite prepositorum suorum, nec uerbo doctrine populi contumaces emendari uoluerint, ipsi causa sue perditionis existunt, et doctores quorum exempla simul et uerba despiciunt, inuoluere criminibus suis omnino non possunt.

Prosper ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

autem *om.* P V¹ V² L¹ L²; *rei om.* (*cor. sub lin.*) M; *si om.* P V¹ V² L¹ L²; *absistunt*] *abisunt* P V¹; *uoluerint*] *uoluerunt* P V¹ V² L¹ L²; *causa*] *causam* B C; *Prosper om.* L²